

1686.

1310 d. 6 Juli.

Skara.

Biskop BRYNOLFS i Skara stadfästelse på det byte Domprostén Bengt gjort af Edlaskogs kyrkohemman Watsända, Klunduryd, Groryd och Åwången till Sven Prestsson, emot annan jord i Bokolsryd.

A. 3. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus BRYNIULPHUS dei gracia scarensis episcopus, salutem in domino sempiternam, nouerint vniuersi quod discretus vir, magister benedictus prepositus scarensis, permutacionem quandam prediorum, cum suenone præstson de assensu nostro fecit per hunc modum, videlicet, quod dictus sueno et heredes sui debent habere predia ecclesie de etlæschogh in wazændæ, ørezbol. in clunduryð, ørezbol, in groryð ørtoghæbool. et in auangen ørtoghæbool, Ipse vero dominus .b. prepositus *nominatus* et sui successores, nomine ecclesie jn etlæskogh, debent habere, attæ ørtoghæbool jn bokolzryð. jn recompensacionem predictorum, Nos igitur permutacionem predictam, ratificamus per presentes, nostro sigillo roboratas, jn testimonium et euidentiam premissorum pleniorém, Datum scaris, anno dominj .M^o. CCC^o. X^o. jn octaua beatorum apostolorum petri et pauli.

På frånsidan: littere tangentés ötlæscogh &c.

Sigillet borta. Brevet söndrigt.

1687.

1310 d. 11 Juli.

Lund.

F. d. Præfecten PETER JONASSONS m. fl. vid allmänt ting gifna skötebref på lös och fast egen-
dom i Wragetorp och Wragetorps mark, som Marskalken Johan Kalfs enka, Cecilia, gifvit
till Dekanatet i Lunds domkyrka, för firande af hennes årsbegångelse på här föreskrifvet.sätt.
A. 5.

Omnibus presens scriptum cernentibus. PETRUS JONÆS SON quondam prefectus scanie, PETRUS NICLÆS SON de borasyo, PETRUS NICLÆS SON de simbrus, SUTHMANNUS ÆLENÆ SON, milites, PETRUS ALLONIS persona ecclesie myathølbý in listria, ASCERUS presbiter persona ecclesie beati michaelis, lundis, NICHOLAUS TUNÆ SON de klæpæthorp, ANDREAS PÆTERS SON de bullathorp, NICHOLAUS JACOB SON de harthakræ, JOHANNES NICLÆS SON de thorthorp, PETRUS VFFÆ SON aduocatus lundensis, et ERLANDUS aduocatus in malmoghe. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod anno dominj .M^o. CCC^o. decimo. sabbato proximo post diem beati kanuti regis et martiris, Nobilis domina, Domina cecilia, relicta domini Johannis dicti kaalf, quondam illustris regis danorum marskalci, in communi placito scanie constituta, multis presentibus fidedignis, scotauit ecclesie beati laurencij lundis, omnia bona sua mobilia et inmobilia in wraghæthorp et wræghæthorp